UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

# Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab Anno Christi 1204. Usque Ad Annum 1230

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1763**

**VD18 90118030**

Præfatio.

urn:nbn:de:hbz:466:1-66406

Visual Library

# PRÆFATIO.

Præſens Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ Tomulus, Lector benevole, ea tibi ante mentis oculos deducet, quæ initio Sæculi XIII. intra annos fere triginta geſta ſunt. In Eccleſiis Cathedralibus Orientis Patriarchas & Epiſcopos Latini Ritus ſedentes, atque Principes, ex Occidente accerſitos, Conſtantinopoli, & utcunque etiam Hieroſolymæ, imperantes, conſpicies, nec non, Summos Pontifices ad rem Chriſtianam in Palæſtina reſtituendam omne ſtudium contuliſſe, intelliges. Summa Partis XIX.

Eosdem ſupremos in Eccleſia Chriſti Paſtores in Reges & Impera-



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

tores illius ætatis, Ottonem IV. Fridericum II. & Joannem Angliæ Regem, cum, paterno affectu exhibito, errantes ad viam ſalutis reducere nequirent, extremum rigorem adhibuiſſe, cognoſces. Multa præterea in hac periodo celebrata ſunt Concilia, &, præſidentibus S. Sedis Legatis, ſalubres Canones promulgati. Inter hæc vero eminet Concilium Lateranenſe IV. ſeu Oecumenicum XII. cui Innocentius Papa III. præfuit, anno milleſimo ducenteſimo decimo quinto convocatum. De quo *Cave*, Scriptor alias Catholicæ Eccleſiæ iniquisſimus, ad hunc annum, Sæculo ſcholaſtico, erudite, & ſatis modeſte hæc memorat: *Lateranenſe IV. Generale, anno* 1215. *Cal. Novembr., ſub Innocentio III. Papa celebratum. Aderant præter cujuscunque pene regionis oratores Regios, & abſentium procuratores fere infinitos, Epiſcopi* 412. *& in his Patriarchæ duo, Conſtantinopolitanus nempe & Hieroſolymitanus, ſed Latinus uterque, Primates & Metropolitani ſeptuaginta & unus, Abbates & Priores plusquam octingenti. Et*

*primo*

*primo quidem Fides Catholica adverſus varias Hæreſes explicatur; damnantur Albigenſium, Almarici, aliorumque errores, deque iis coercendis, puniendis, & per vim ſæcularem exterminandis ſtatutum eſt. Damnatus eſt Joachimi Abbatis de unitate SS. Trinitatis contra P. Lombardum liber; Pleraque de Græcis ad Eccleſiæ Romanæ Fidem revertentibus, deque diverſis Diſciplinæ Eccleſiaſticæ capitibus ſancita. Denique haud pauca privilegia pro recuperanda Terra ſancta militantibus conceſſa, adhibito etiam conſilio de ordine Dominicanorum inſtituendo, ipſomet Dominico jam tum præſente. Extant Acta hujus Concilii & Canones ſeptuaginta &c.*

Legunt iſta ſcribuntque Proteſtantes Angli & Germani; ſed tamen, quod portento ſimile videri poſſit, unius in Eccleſia viſibilis capitis, & unius Communionis neceſſitatem, rejecta omnium Sæculorum fide, nolunt agnoſcere.

In iſta Hiſtoriæ Parte bellum quoque, Albigenſibus illatum, diuturnum & invidioſum, ſub Rege adoleſcente

S. Ludovico & Blanca ejus matre, Franciæ Gubernatrice, extinctum legitur.

Ordines Prædicatorum & Fratrum Minorum.

At nihil intra iſtorum annorum ſpatium reperitur memorabilius, quam exordium & propagatio ſacrorum S. Dominici & S. Franciſci Ordinum, qui hodiedum in Eccleſia, maximo animarum lucro, florent. Obſervabit haud dubie mecum in hac Parte Libro LXXVIII. §. XXI. Lector attentus, S. Franciſcum, more omnium aliorum, ſacrorum Ordinum Fundatorum, voluntati Fratrum, ab Epiſcoporum poteſtate eximi cupientium, vehementer repugnaſſe. Porro Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ Lectori, ut ego arbitror, ſimpliciter neceſſarium eſt, ſanctorum virorum ſententiam & judicium de re tanta adnotare, ſi nihil de origine & mutatione Diſciplinæ Regularis ignorare velit. Si vero, in hoc loco aut in alio, tum ex ipſis verbis, tum ex mente S. Bernardi, exemtionibus adverſantis, de iis vel de vitiis, quæ Vir ſanctus vituperat, ſcripſi, quod verum eſſe, & utile futurum credidi, procul abſuit a me, ac etiam deinceps

ceps aberit, ut cuiquam Ordini, Congregationi, aut Monaſterio aliquid detractum velim, aut omnino quamcunque vocem addere, qua viros, mihi maximo honore & ſubmiſſione colendos, offenſum iri exiſtimem. De Exemtione generatim & ex principiis Theoreticis ſermo fuit; ſi factum ſpectemus, cum ſacri Ordines vel Congregationes eximi petierint, Summi Pontifices petitam gratiam conceſſerint, aut etiam non rogati ita decreverint, & acquieverint Epiſcopi, temeritatis notam non effugeret, qui Exemtionem eſſe legitimam negaret.

At omnino diſtinguere oportet inter quorumdam Monaſteriorum Exemtionem, & Congregationem; ſunt enim diverſa, & non neceſſario conjuncta. Nunc vero Congregationum Regularium maxima eſt utilitas, ita enim, ut multa alia ſilentio præteream, concordia & conformitas morum in Ordine facilius conſervantur, ita Diſciplinæ cuſtodia ſub Capite, ſubditis propinquo, & quid profectui ſpirituali ſuorum proſit, obſitve, per propriam diuturnamque ejusdem

Inſtituti obſervantiam edocto, viget, ita denique in quocunque negotio ad Ordinis, & ſingulorum Monaſteriorum emolumentum pertinente, iis optime convenit vetus illud verumque effatum: *Vis unita fortior*.

Dictorum meorum argumentum firmiſſimum, & præclarum exemplum ſuppeditat, erecta in Bavaria ſub Titulo SS. Angelorum Cuſtodum Ordinis S. Benedicti Congregatio, quam non ſolum Diſciplinæ Religioſæ ſtudium, omnigenarum virtutum ſplendor, Ordinis S. Patris noſtri Benedicti decorem honoremque augendi deſiderium, ſed etiam omnium ſcientiarum, quæ Viros Religioſos perficiunt, amor eximie commendant, atque illuſtrant. Nec adeo mirum eſt, omnia in Alma hac Congregatione hodie proſpere agi, ſub Reverendiſſimo ac Digniſſimo Præſide *Bennone*, celeberrimi & antiquiſſimi Monaſterii Benedictoburani perilluſtri ac ampliſſimo Abbate, Viro in utraque palæſtra, Aſcetica videlicet & literaria, exercitatiſſimo & ſpectatiſſimo; nam priusquam ad Abbatialem Dignitatem

tem vocaretur, domi Fratribus ſuis Prior, Monaſticæ obſervantiæ ſtudioſiſſimus, ac omnibus tamen dilectiſſimus, præfuit, foris autem, nempe in Inclyto Lyceo Friſingenſi (Ordinis noſtri *Benedictini* inſigni ornamento, quod dudum hodieque Magiſtris, ſingulari Doctrinæ & Eruditionis laude conſpicuis, gloriatur, tanquam Magnorum Virorum Seminarium, unde non pauci ad Infulas & Monaſteriorum Regimen evocantur) Philoſophiam & Jurisprudentiam Eccleſiaſticam Doctor clariſſimus tradidit. Cui ego *Gratioſo* Præſuli cum omnibus ejus filiis devotiſſime precor, ut, Deo dante, ad totius Ordinis incrementum, Congregationis ſibi commiſſæ emolumentum, ac Monaſterii ſui ſolatium & gaudium, quam diutiſſime regat & valeat.

Supereſt, ut pro merito occurram cuidam Proteſtanti, in illa lingua, in qua contra virorum Religioſorum Ordines, ut rana contra lunam, coaxat.

Da in dieſem Theile der Kirchengeſchichte die Stiftung und Proteſtantis protervia.



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

theils Fortpflanzung der geiſtlichen Orden des heiligen Franciſcus und Dominicus vorkommen, hab ich nachgeſchlagen, was denn Proteſtanten darzu ſagen, und gefunden, daß die zaumloſe Schmähſucht einiger von dieſen Herren fürwahr unerträglich ſey. Windheim in ſeinen Anmerkungen über das allgemeine Kirchenrecht der Proteſtanten, ans Licht gegeben Helmſtädt 1760. auf der 97. Seite drücket ſeine Gedanken alſo aus. Zur Zeit der Apoſtel mußte eine jede Gemeinde ihre Arme verſorgen. Allein die neuen Bettler, die Mönche, entzogen das Geld den Notharmen, und gaben ſich für Arme aus. Sie ſagten, ſie wären freywillige Arme, und hätten alſo ein gröſſeres Recht bey GOtt ... dieſes glaubeten die Chriſten, und darüber wurden die andern Armen vergeſſen.... So ſind denn ganze Armeen von Bettelmönchen entſtanden, die unter dem Schein der Armuth groſſe Güter geſammelt, ihren faulen

Wanſt

Wanſt pflegen, und bey aller Bequemlichkeit leben 2c.

Nun wollen wir nur die Unwahrheiten zählen, welche Windheim in dieſen Zeilen hinzuſchreiben ſich nicht geſchämet. Die Mönche entzogen das Geld den Notharmen. Das iſt die erſte Unwahrheit. Denn dieſe Klage iſt unter den Katholicken unerhört, weil die Liebe des Nebenmenſchens unter uns ſchon ſo groß iſt, und die Anſtalten ſo wohl von der geiſtlichen als weltlichen Obrigkeit ſo weislich verordnet, daß wegen dieſer Ehrwürdigen Ordensmänner keinen Notharmen etwas entzogen wird. Die Mönche ſagten, ſie wären freywillige Arme, und hätten ein beſſeres Recht als andere Bettler vor GOtt. Das iſt die zweyte Unwahrheit. Denn daß die Söhne des heiligen Dominicus oder Franciſcus ſagten, ſie hätten ein beſſeres Recht zu betteln als Notharme, iſt eine Beſchuldigung, die nur von dem Gehirne eines vom Vorurtheile berückten Proteſtantens herrühren kann, und iſt ohne al-

len Erweis hingeſchmieret. Darů- ber wurden andere Arme ver- geſſen. Das iſt die dritte Unwahr- heit, die Windheim mit keinem Wor- te darthut. Die Bettelmönche haben unter dem Scheine der Ar- muth groſſe Schätze geſammelt. Das iſt die vierte Unwahrheit. Denn dieſe Orden beſitzen bey nah alle kei- ne Grundſtücke, oder unbewegliche Güter. Wenn aber einige, welche etwann dieſer Verleumder beſtimmen will, und die eigentlich zu den Orden der Mendicanten nicht gehören, zeit- liche Güter erworben, ſo iſt ſolches nicht unter dem Scheine der Armuth geſchehen, ſondern nebſt vielen andern Urſachen durch die Freygebigkeit und Religionseifer der Gutthäter, und zur Beförderung der Ehre GOttes im Gottesdienſt, Kirchenbau, und Auszierung; damit ſolche eine herr- lichere Geſtalt bekommen, als in den Ländern, wo keine katholiſche Geiſt- lichkeit iſt, und wo die Geringſchä- tzung der Gotteshäuſer und Fahr- läßigkeit der Gemeinde in die Augen fällt, und ſie geben davon ihren Lan-

des-

desfürſten die Anlagen, wie die weltlichen Unterthanen. Die Mönche pflegen ihren Wanſt, und leben in aller Bequemlichkeit. Da haben wir die fünfte und ſechſte Unwahrheit. Denn die Herren Dominicaner und Franciſcaner erweiſen der Kirche Chriſti erſprießliche Dienſte, und es verdiente der Herr Windheim zur Buße für ſein unverſchämtes Urtheilen, daß er wenigſtens ein halbes Jahr den rauhen Rock eines Franciſcaners anziehen, mit bloſſen Füſſen daher gehen, und um Mitternacht im kalten Chor die Metten abſingen müßte. Das ſind nun Winde genug Herr Windheim in ſo wenigen Zeilen.

Ich bitte aber um Erlaubniß dem Windheim hingegen ganze Armeen von Leuten bey den Proteſtanten anzuzeigen, mit welchen weder GOtt weder dem Menſchen gedienet wird (damit ich die Redensart annehme, welcher ſich die Proteſtanten gebrauchen, wenn ſie von den Mönchen reden) nämlich wo man über hundert tauſend Mann Soldaten mehr, als es

zur Vertheidigung des Staates nothwendig wäre, unterhält. Denn zu was ſind ſo viele tauſend Menſchen gewidmet, als eine unermeſſene Ehrſucht zu vergnügen, diejenigen Fürſten, welche das Unglück trift, daß ſie Nachbaren ſind, in ein ewiges Mißtrauen und Schröcken zu verſetzen, und ſo bald es die eigene Wohlanſtändigkeit verlanget, andere Fürſten überfallen und unterdrücken zu können? So viel tauſend Mann arbeiten auch zur Friedenszeit nicht; man läßt ſie auch nicht heyrathen, ſo daß man von ihnen mit beſſerem Grunde, als es die Proteſtanten den katholiſchen Ordensmännern vorwerfen, ſagen kann, es ſey ein erzwungener ehloſer Stand. Hingegen die Prieſter von den Orden des heiligen Franciſcus und Dominicus, wie alle andere, leiſten den Biſchöffen und Pfarrern Hülfe und Beyſtand in ihrem geiſtlichen Amte, ſie predigen auf der Kanzel das Wort GOttes, ſie hören die Beichte der Büſſenden, und ſprechen ſolche von ihren Sünden los. Sie beſuchen die Kranken, ſie ſtehen



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

den Sterbenden bey. Sie ſingen das Lob GOttes im Chor Tag und Nacht. Sie ſtudiren zum Nutzen des Nächſtens die Vernunft- und Naturlehre, die Kirchenrechte und die Theologie. Ihre Layenbrüder beſchäftigen ſich mit der Handarbeit. Herr Windheim, kann da wohl eine Zeit den faulen Wanſt zu pflegen überbleiben? Wenn bey den Proteſtanten noch Ordensklöſter wären, ſo würden muthmaßlich Windheim, und andere ihm nicht ungleiche kleine Herren, einige von ihren Kindern, ſonderlich wenn ſie viel hätten, mit groſſer Freude auch in einen von den Bettelorden, welche bey den Katholicken in ganzen Königreichen hochgeſchätzet und geehret werden, einkleiden laſſen. Wäre dieſes nicht vernünftiger, als wenn ſie ſolche hingäben, um auf den Wink eines Befehlshabers im Felde, einen Feind, den ſie niemal geſehen, zu erwürgen, oder ſich von ihm erwürgen zu laſſen? Allein bey den Proteſtanten wären Ordenspriester etwas überflüßiges im Staate; denn ſie haben das Sacrament der Beicht

und

und Buße abgeſchaffet. Sie verdammen die Meſſe, ſie verwerfen die Kloſtergelübde. Das iſt wahr, darum müſſen ſie aber auch den Vorwurf des von ihnen ſo hochgeſchätzten Fleury, zu Ende ſeines Catechismus hören; ſie hätten ein plumpes Chriſtenthum eingeführet, in welchem die Gebote GOttes nicht beſſer als bey den Katholicken, und die von Chriſto dem HErrn in der Schrift ſo oft und ausdrücklich angerühmte Evangeliſche Räthe gar nicht gehalten würden. Dieſes wird genug ſeyn, die Unwahrheiten des wider die Ordensmänner ſo ſehr aufgebrachten Windheims zu widerlegen.

Tu vero, Lector benevole, hanc Partem Hiſtoriæ, non ſine magno labore & ſudore translatæ, volve, bona fide & animo ſcripta; boni conſule, errata pro tua prudentia corrige, Tomum XX. Deo mihi vitam & vires concedente, ſecuturum expecta, & vale.

CON-